





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogey. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doujad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegii Dormano-Bellovacii. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habitae =

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinae gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano. Bellouaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officii auct à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Jacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'Université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la chaire des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote


U 68 in-4

1153802502









MANDATUM RECTORIS.



OS STEPHANUS JACQUIN, Rector
universi Studii Parisiensis, omnibus Academiae
nostrae Doctoribus & Magistris, nec-non viris
omnium Ordinum & Nationum Litteratis, SA-
LUTEM.

QUAMVIS Litterarias Sociatates, acris quaedam &
sanè laudanda cupiditas, quam plurimam librorum supellec-
tilem sibi comparandi, thesaurosque illos gazâ quâlibet doctis
hominibus longè pretiosiores, tùm ad utilitatem, tùm etiam
ferè ad pompam coarcervandi, tenère soleat; attamen Pari-
siensis Universitas quam inprimis ejusmodi divitiis copio-
sissimè instructam esse, pro suâ in orbe litterato nobilitate

& famâ decuerat, summâ in eo genere penuriâ, quod fanè mirum videatur, huc usque laboravit. Erit ergò hujus propria neque parva laus, eo successu, quo norunt omnes, pulchras Artes coluisse, iis præfidiis, finè quibus vix aliquid efficere posse se omnes arbitrentur, tandiù destitutam.

FUIT nimirum apud illam per tot sæcula præstantissimarum scientiarum felix & absoluta complexio, non innumeris condita voluminibus, non elegantibus exarata chartis, non per tabulas & forulos aptè & ambitiosè disposita: sed vicens in Magistrorum animis penitusque defixa; sed ex illorum ore inexhaustâ perennitate fluens; sed optimâ discendi docendique ratione veluti per manus transmissa ad posteros; adeoque semper rerum conversionum victrix, ac de injuriis temporum secura.

DEERANT insuper ædes in quibus publicam Bibliothecam reponeret, imò in quas Jure suo comitiorum habendorum causâ, conveniret. Quæ tandem, ne diutiùs in illâ requirerentur, cum ipsum Gallicæ gentis decus, tum ipsa etiam Litterarum dignitas postulare videbatur. Erat enim verò Regi Dilectissimo LUDOVICO XV reservatum, ut majorum suorum clarissimos quosque & egregiâ voluntate ergà bonas Artes æmularetur, & eximiis ergà easdem meritis beneficiisque superaret. Surget brevi, surget, illo jubente & auspice, eâ quâ par est munificentia, dignum Musis, dignum Academia regni Principe & Primogenitâ Regum Filiâ domicilium.

SED interea dum amplissimos, quos speramus, Regiæ benevolentiae fructus percipiat Universitas, quod jam Litterarum opum ab unius è suis privatâ liberalitate accepit;

id cùm cæteris omnium Ordinum Civibus communicare decrevit; rata nimirum debere se, ubi primùm licuit, ultimam tam benè de se meriti illius viri, quem auctorem muneri gratâ recordatione prædicat, voluntatem adimplere, & Litterarum utilitati, quæ ab utilitate publicâ sejuncta esse nequit, non solùm institutione Juventutis, ut antea; sed & oblatâ omnibus omnium ætatum hominibus eruditionis & doctrinæ copiâ, quantum in se est, consulere.

ITAQUE notum facimus die Lunæ tertiâ mensis Decembris proximi, horâ decimâ matutinâ, factum iri publici juris omnibus Doctoribus, Magistris & honestis Civibus tùm regni hujusce florentissimi incolis, tùm exteris & hospitibus, novam Universitatis nostræ Bibliothecam in iis Ædium LUDOVICI-MAGNI partibus sitam, quæ à Rege Dilectissimo Academiae nostræ ad tempus, quo sua illi stet Domus primaria, concessæ sunt; eandemque in posterum per singulas hebdomadas diebus Lunæ, Mercurii & Sabbathi tùm manè, tùm vesperè, apertum iri, à die primâ mensis Octobris, ad usque diem primam mensis Augusti: à Remigialibus quidem, usque ad Paschalia; ab horâ nonâ matutinâ, ad sesqui-undecimam; ab horâ secundâ vespertinâ, usque ad quartam: à Paschalibus autem, ad Ferias Academicas; manè, ab horâ nonâ, usque ad meridianam; vesperè, à secundâ, ad quintam.

ITA de Consilii nostri sententiâ ediximus, in Ædibus nostris Academicis Collegii LUDOVICI-MAGNI, die Sabbathi decimâ mensis Novembris, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo.

Ex Typographiâ Viduæ THIBOUST, Regis, nec-non Academiae Parisiensis
Typographi, 1770.



in eam causam omnium Civium communis
curam; ita ut in debore, ubi primum licuit, ubi
non tam late de se mori illas viti, quam antea
illis gratia recordatione, praebeat, voluntatem adimplere,
et litterarum munus, quo ad utilitatem publicam
negit, non solum in litteris, ut antea, sed et
omnibus omnium et ceterarum hominum eruditionis &
doctrinae copiam, quantum in se est, conferre.

Itaque notum facimus die Lunae tertio mensis Decem-
bris proximi, hora decima matutina, factum in publico
in omnibus Doctoribus, Magistris & honoris Civibus
et regni palatice Reverendissimi incolis, tam externis, et hoc
scriptis, novam Universitatis nostrae Bibliothecam in suis Aedibus
Ludovici-Magni pariter sitam, quae a Rege Dilectissimo
Academiae nostrae ad corpus, quo fas illi ille Dominus pri-
vatis, concessis sunt, eandemque in possessionem per singulas
hebdomadas diebus Lunae, Martis & Sabbati cum man-
tione vespere, apertam in, a die prima mensis Octobris, ad
ultimam primam mensis Augusti: a Remigialibus quidem,
ultra ad Paschalia; ab hora nona matutina, ad septimam unde-
cimam; ab hora secunda vespertina, usque ad quartam;
a Paschalis autem, ad festum Academicarum; mane, ab hora
nona, usque ad meridiana; vespere, a secunda, ad
quintam.

Ita de Consilio nostrae cunctis edicimus, in Aedibus nostris
Academicis Collegii Ludovici-Magni, die Sabbati de-
cimo mensis Novembris, anno Domini millesimo septingentesimo
sexagesimo.

Ex Typographia Victor Thibaut, Regis, nec non Academicarum Parisiensium
Typographi, 1760.

